

August Varenius

Augustus Varenius, D. Universitatis Rostochiensis h.t. Rector ad funus indictivum Viri ... Domini Petri Eggerdes, Consulis civitatis Rostoch. ... placidissima beatissimaque morte nuper ipsa Dionysii die 9. Octobr. ad coelestia evocati Persolvendumq[ue] sic Viro meritissimo supremum exequiarum honorem. Omnes omnium ordinum Cives Academicos, ea, qua fas est, autoritate, & humanitate invitat. Conventus fiet in Templo Jacobaeo hora 1. postmerid.

Rostochi[ij]: Keilenberg, 1681

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn751407879>


Druck Freier  Zugang




Varenius, A.,
in
P. Eggerdes.

Rost. 1681.

51







AUGUSTUS VARENIUS, D.

Universitatis Rostochiensis h. t. Rector

ad funus indictivum,

V I R I

Nobilissimi, Amplissimi, Consultissimi

DOMINI

PETRIEGGERDES,

Consulis civitatis Rostoch. fulgidissimi,

placidissimâ beatissimaque morte nuper ipsâ

Dionysii die 9. Octobr. ad cœlestia evocati

Per solvendumq; sic Viro meritissimo supremum

exequiarum honorem.

*Omnes omnium ordinum Cives Academicos, eâ, quâ
fas est, autoritate, & humanitate invitât.*

Conventus fiet in Templo Jacobæo horâ I. postmerid.

Esaïæ XLVI. 4.

*Ego idem usque ad senium, & ad usque Canitiem Ego portaturus
sum. Ego feci, & ego gestabo, Ego portaturus sum, &
crepturus.*

Pf. CII. 24. 25.

*Affligit in hâc viâ vires meas, decurtat dies meos, DICO: Mi De-
us fortis! ne ascendere me facias in medio dierum meorum.
per generationem generationum sunt anni tui.*

R O S T O C H I,

PRELO KEILENBERG, ACAD. | TTP, M. DC, LXXXI.



Evite hujus mortalis fugacitate, nec minus, quæ per omnes, novissimam præcipuè, ætates sese diffundit, arumnosissima calamitate, de terminorum vitæ, generumqve mortis incertitudine, communes illorum, quos fidei, beatæq; illius spei lumen ad invisibilem illorum æternorum, & celestium meditationem non pro-
vexit, dantur quærelæ, & nunc flebiles, nunc sola fortitudinis incrustatione, sese ostendentes, reverà autem vanæ detestabilesqve Elegiæ. Patheticè sanè pro illâ in Oreste (quod à primaria persona nomen est tragædiæ) tale principium dedit Poëtarum, prout antiquissimus: ita sapientissimus, & verè τραγικώτατος Euripides.

Οὐκ ἔστιν οὐδέν ὀφείδον ὧδ' εἰπεῖν ἔπειτα

ἔδε πᾶσι δὲ ἐν τῇ συμφορᾷ Τηλέμαχος

ἦς εὐκ' αὖτ' ἀραῖ' ἄχθεται ἀνδρῶν φύσις

Quam sententiam tanti quondam æstimavit verbipotens Romæ Consul idemqve Romani maximus Autor Tullius eloqvii, ut dignam censuerit, quam in 4. Tuscul: latina civitate translata sic donaret.

Neque tam terribilis ulla fando oratio est,

Neque fors, neque iræ cœlitum in vectum malum,

Quod non natura humana patiendo ferat.

Ita vitam hanc universam σκιαὴ καὶ ὄναρ s. umbram, & hominem σκιᾶς ὄναρ s. umbræ somnium appellarunt. Peculiariter ex se ipso experimentum mortalis vitæ capiens olim Imperator, Marcus, graphicè sic universam hanc representavit: πῦρ, inquit, ἀνθρωπίνε βίη ὁ μὲν χεῖρον, σιγή, ἢ ἡ οὐσία ῥέουσα, ἢ ἡ αἰσθησις, ἄμυστρα, ἢ ἡ ὄλου ἔν σώματι σύγκρασις εὐσηπία, ἢ ἡ ἰύχη δυστέκμαρτος, ἢ ἡ φήμη ἀκρίβεια. ἢ ἡ ὑπερφημία λήθη. καὶ συνελόντα εἰπεῖν ὁ εἶς πόλεμος, καὶ ξήνου ὑπερημία. i. e. *vita humana tempus quidem non nisi punctum est, cujus quicquid est, fluens*

fluens est, quicquid sensum afficit exile est, ipsa autem corporis
 constitutio putrefactioni obnoxia est, obventura autem (s. pro-
 spera, s. adversa) conjectu difficilia, cujus fama presens qui-
 dem, anceps, & sine iudicio saepe, ac ratione fertur, posthuma au-
 tem oblivio, ac ut compendio dicam, vita haec bellum est, & commo-
 ratio peregrini. Ita in senectutem alii investiti, alii eandem
 vel inter acutas cruces precati, non parifese iudicii fide osten-
 derunt. Eqvidem lib. 2. Rhet. cap. 13. Philosophorum Princeps
 de moribus, quales communiter fluant senibus τῶν πρεπι-
 μαύσι, pronunciat, quod sint insententiis dicendis tardi, & quia
 multarum rerum periti, simul suspiciosi, & increduli, pusillani-
 mi, parum liberales (quippe qui sciant χαλεπὸν ἔκτρησαι δια-
 διοῦν τὸ ἀποβαλεῖν s. res difficulter acquiri, [facile amitti] πῶς
 ἀποβήσονται. s. Omnia pratimentes (quippe ἀποδοῦναι ἢ γῆρας τῆ
 δαλῖα, s. senectus viam sternit timiditati) Φιλόζωοι. s. Studiosi vi-
 ta maxime in ultimo tempore, ἰδύρκει καὶ οὐκ ἀτεγνῆσαι οὐδὲ Φι-
 λογῆσαι i. e. Queruli, & non faceti, neque studiosi ridiculorum,
 Et illam summam vite partem Senectutem sc. (quæ etiam lon-
 gissima paucos ad mortem sine injuriâ pertulit) consideran-
 dam s. vadet Seneca, utrum integram mentem sensusq; nec defe-
 ctum premortuumq; corpus ministeriis inutile relinquat, sic enim
 deserendam haud esse: Ceterum. si aliter habeat, sic ut per illam
 non tam vita extendatur; quàm mors educendum esse animum
 laborantem, & profiliendum ex edificio hoc putrido, ac ruenti. Ita
 (Ep. 58.) Seneca Vir quidem excellentis ingenii, & doctrinæ;
 Ceterum in hoc consilio non magis probandus quàm quem Epi-
 stola 10. turpissimè voti (prorogand. s. longissime spiritus) etiam
 si debilis fiat manu, pede, deformis coxa, tubere gibbero, lubricis den-
 tibus, imo etiam in acutâ cruce sedendum) damnat, Mæce-
 nas, vel apud Euripidem Iphigenia, cujus illud: καὶ ἢ ζῆν κρείσσον
 ἢ θανεῖν καλῶς, Melius est vivere malè, quàm mori benè. Ab illis
 Gentium sententiis, ad sanctiora æterni Dei oracula men-
 tem si convertimus, docemur fanè, quæ de vitæ hujus mor-
 talis

talis fugacitate, brevitatem, calamitatem, ipsiusque termini fatalis
 jucundum vitæ lumen extinguentis, incertitudine (quomodo
 celebre quondam in Apolloniâ oraculum, quum de rebus aliis
 futura prædiceret *de sola morte* consuli se prohibuit, ne certitu-
 do ejus cuiquam constaret) commentati Gentiles sunt, & hos
 inter imprimis Imperator Marcus, a sacris veritatis cœlestis
 pandectis haut abluere, (quid enim aliud loquitur summaria
 illa Imperatoris, & Philosophi vitæ humanæ representatio per
Περιηγητὰς Ἑβραίων s. *commorationem peregrinantes*, quàm quod de
 fidelibus V. T. in universum pronunciat Apostolus Hebr. II. 13.
 14. *Illos secundum fidem mortuos, profectos fuisse sese peregrino-*
nos, & advenas esse in terrâ, patriam civitatem sc. illam cœlestem
fundamenta habentem, cujus conditor, & Artifex Deus est, hic non-
dum obtinere, sed requirere. quodq; de fidelibus omnibus e-
 tiam N. T. asseverat idem Gentium Doctor, nos quamdiu sumus
ἐνδημοῦντες ἐν τῷ σῶματι ἐνδημοῦσιν ἀπὸ τοῦ κυρίου s. *nos dum*
adhuc commoramur in hoc mortali corpore peregrè abesse à Domi-
no I. Cor. 5. 6.) nostrumque esse inter illa Senecæ, & Mæcenatis
 præjudicia, mediâ regiâque viâ incedere, totumque vitæ no-
 stræ cursum, mensuram, terminum soli paternæ summi Nu-
 minis providentiæ reverenter submittere. Quàm dulcissima
 enim illa, quæ peculiari ad fideles, & pios directâ allocutione
 in textu Isaiano c. 46. v. 3. præmittitur promissio, Deum sc. es-
 se, *qui nos inde à matrice vel utero matris bajulet, & gestet?* Quid
 autem plus ultra? Utrum fortè nos per teneram saltem infan-
 tiam (more fidæ matris, vel obstetricis) vel per molliores pue-
 ritæ annos ita in sinu fovet, *gestat, bajulat*, adultam autem vi-
 rilitatem adeptos vel ad senectutem proVectos nostræ nos vir-
 tuti, moderaminiq; permittit? Absit Omen: quia pergit in
 blandissimâ promissione Deus. *EGO IDEM usq; ad senium, &*
usq; ad canitiem vos gestaturus sum, prout sc. Deus nos in utero
 materno condidit, ita inde *ab utero gestat*, per omnem vitæ ata-
 tem pariterq; nos ad regnum gloriæ transportando ab o-

mnibus hujus vitæ malis eripit, ac liberat: unde illud in eodem
versu subjungit sanctissimus verissimusque promissor Deus. *EGO
feci, & EGO gestaturus sum, & erepturus.* Quæ sanè svavissi-
ma sententia non potest non piis, & fidelibus senibus esse in
delitiis, & vix his legi, vel memorari sine lacrymis. Et exo-
ptanda quidem (quæ sanctis ordinariè promissa, & cumulatis-
simè in scripturis reperitur collata) placida senectus & *bona ca-
nities* est, præeunte jam olim precatore Davide, qui licet, se
mediâ atate morte beatâ exspirasset, rectâ ad augustum Nu-
minis pratorium mente solutâ evolaturus, & aulam cœlestem
ingressurus fuisset, maturiorem tamen diem fatalem, depreca-
tus: *Mi Deus fortis, inquit, ne auferas me in medio dierum meo-
rum, cujus voti rationem peroraverat alibi Ps. 30. v. 10. Quid
lucris, inquit, erit, cum descendam in foveam, an celebrabit Te pul-
vis s. Homo in pulverem redactus? an nunciabit veritatem Tuam?*
Et tamen hodie quoque fideles, quibus vel ex ipsis insitis na-
turâ viribus, vel ex promissione pietatis, videbatur longior
his in terris profluxura atas, experiantur quod huic voto Da-
vidico proximè præmittitur, & intonare cogantur; *Deus af-
fligit in viâ vires meas, decurtat dies meos.* Quod sanè cum cete-
roqvi, in impiis signum sit iræ, in verè piis & sanctis documen-
tum est singularis gratiæ: *Iustus quippe rapitur, & homines benigni
recipiuntur, nemine advertente, ante adventum ipsius mali recipi ju-
stum, ingredi pacem, requiescere in cubilibus suis: quisquis ambu-
lat in aequitate suâ.* *Jes. 57. v. 5. 6.* Et vel hâc ipsâ terminorum
vitalium nunc abbreviaturâ nunc prolongatione liberrimâ,
testari vult Deus se solum immutabilem s. talem, cujus, prout
David loquitur, *Anni sunt in generatione generationum, Cumq;
sacratissimæ Scripturæ, cetera omnia quæcunque vel profutura,
vel noxia mortalibus imminent, certissimâ voce prædicant,
promittant, minentur; solum autem, quo claudenda hæc vita
est, diem horamque fatalem incertam voluerint summamque
incertam puncto incertam diem incertam, quibus atque*
XXI

vel sic sanctissimum Numen nostrum informare pectus voluisse, ne novissimorum certiores, incerto studio vitam terminemus, & qui ceteroqui levissimorum periculorum imminentes impetus quacunqve arte declinamus, nunquam adeo temerarii securive simus, ut gravissimum novissimi hostis insultum vel negligenter expectemus, vel invadentem jam minus preparato pectore admittamus. Hoc ergo quisquis cogitat certissimamque mortis incertitudinem dignè expendit, non poterit non ipse præsens semper intueri incertissimum certissimæ mortis punctum. Atque id, cum omni vitæ tempore egerit Vir **NOBILISSIMUS & AMPLISSIMUS DN. PETRUS EGGERDES**, Reipubl. hujus oppidanæ Consul fulgidissimus, certissimusque semper mortis vixerit, non potuit, quæ repentina festinataque ipsi venit, novissima vitæ mortalis hora, ipsi insperata venire, solidâve illum mente dimovere, quæ licet jucundissimum ipsi vitæ Lumen extinxit, verâ tamen vitæ felicitatisque longè cumulationis in cœlis lucem ipsi accendit, & incomparabili splendore, illius casum compensavit. Natus is Rostochii Anno 1635. d. 23. Decembr. Patre æque ac Avo paterno Viris integerrimis Beato Nostro cognominibus civibus primariis, illo Ædis S. Spiritus hoc S. Georgii, præfecto fidelissimo. Matre laudatissimâ Matronâ **CATHARINA Wendes**. Avia paternâ lectissimâ femina **CATHARINA SCHUMACHERS**. Avo materno **VIRO** antiquâ virtute & fide spectatissimo **DN. HINRICO Wend** Ædis Jacobæ Præfecto fulgidissimo. Avia materna pudicissima Matrona **ELISABETHA Schulzen**. Mox diviniore regeneratione Baptismi Sacramento, Ecclesiæ Matri insertus, quæ summa sanctorum gloria est, Dei factus est filius. In ipsâ statim tenerrimâ ætate dulcissimâ matre orbatus, tantò majorem in educatione & conformatione, cum ad pietatis, tum omnium aliarum virtutum studium est expertus, præprimis, cum laudatissimæ indolis vestigia, sese in ipsâ primâ semente ostenderent, quam indefessa parentis cura, & natus virtutis ardor usque adeo luculentis incrementis auxit, ut post jacta domi inq; Scho-

in patriâ studiorum fundamenta dignus reputaretur, qui Ao. 1654
ad Academiam Gryphisvaldentem studiorum causâ ablegaretur.
Quid inibi actum tunc NOSTRO, quàm docentes de superiore loco
Professores sedulus audiverit, quàm post biennium Patriæ redditus
in hac Academiâ solerter, fructuosè, Academicus juvenis provinciam
obierit, id vero programmatis præsentis angustia non capit.
Turbavit mox nova domi calamitas. Qui jam antea puer unâ nunc
juvenis altero Parente orbatus, magnum inde sensit in continuato
hactenus studiorum cursu obstaculum, quod tamen majori parte
sustulit, Auctoritate superiorum oblata tunc beatè nunc
FUNCTO Ephoriarum Filiorum generosi & magnanimi Svecorum
Tribuni Wrangelii Filii natu minimi CAROLI FRIDERICI, quàm summâ
laude per biennium oblatâ quoque peregrinatione per Belgium &
Galliam, Ao. 57. & 58. sustinuit, usque dum natali solo
redditus, sic disponente fato, suffragante cognatorum
utriusque partis consensu, Nobilissimæ & lectissimæ
virgini, CATHARINÆ MARGARETHÆ, Amplissimi quondam
hujus Civitatis Senatoris, BALTHASARIS GERDES Filia
primogenita fidem matrimonii dedit, quod & intercedente
copulâ Sacerdotali d. 11. Octobr. Anno 1659. feliciter
consummavit, quo per 22. annos durante non tantum
Candida perpetuò sedit concordia lecto; sed & ex illo
triumfiliorum, PETRI, BALTHASARIS JOHANNIS, MATTHÆI
HENRICI, & duarum filiarum Virginum venustissimarum
CATHARINÆ MARGARETÆ, & MARIE ELISABETHÆ pater est
factus, quibus unâ cum Nobilissimâ Matre Mariti & parentis
desideratissimi obitum acerbissimè lugentibus, DEus & Pater
omnis consolationis cœlesti solatio æternique patris
potentissimo patrocínio nunquam desit. Et jam profutura
& republicæ Spectatissimi VIRI virtus videbatur, cui, ne in
publica commoda peccaret, operam studiumque subducere
NOSTER noluit, cooptatus in collegium Centum - Virorum & ad
consilium militare deputatorum Anno 1661. post quadriennium
ad

ad Administrationem, Hospitalis S. Georgii, quum in illis mu-
neribus undiquaque solertem dedisset Ao. 1667. ad ordinem
Senatorium & cum hos quoque honores laudatissimè gereret,
Anno 1675. ad summum honoris urbici decus est evectus, Con-
sul Patriæ civitatis constitutus. Nunc quid de VIRI laudibus
addemus? Testabitur pietatem ardentissimumque Sanctissimi Numinis cultum to-
ta Ecclesia, quæ vix unquam illius incolumis præsentia destituta fuit. Testa-
bitur Reverendum Verbi Divini Ministerium, Testabuntur ipsi privati parietes.
Testabitur prudentiam, fidem sinceram, justitiæ curam, ipsasque VIRI pro Civi-
tate patriâ difficillimas curas, ipsa curia & Respublica oppidana: Inter quæ
si punctus aliquando calumniis læsusve fuit, inter ipsas pungentes spinas atque
sentes ipse ROSA latissime floruit, latissimeque fragrantiam sparsit. De morbo au-
diendus fuerit Experientissimus & Excellentissimus Collegii Medici SENIOR,
DN. JOHANNES BACMEISTERUS Collega noster honorandus, Ita au-
tem ille:

*Quamvis meo equidem judicio non de essentia Programmatris funebris sit pie fun-
di morbum prolixè recensere, Ne tamen desiderio Nobilissimi, ac Amplissimi DN.
Consulis PETRI EGGERDES jam placide demortui relicta vidua planè deesse videar,
Virum hunc decemvitate patriâ optimè meritum & Cachexiâ scorbuticâ & Hemoptysi, &
tussi, & respiratione difficili, quæ febris comitabatur lenia continuatam ante aliquos
annos, quæ proximis septimanis laborasse statuo, quibus & olim, & hoc tempore tum
à me, tum ab aliis Medicis hujus loci exquisitissimis, summâque diligentia excogitatis
medicamentis obviâ quidem itum, verum infelici satis ultimis hisce invasionibus eventu.
Vix enim morbi tandem & Medicorum solertiam, & Medicamentorum operationes
sprevit, Virumque hunc affinem meum olim astimatissimum nunc eheu, desideratissi-
mum in sperato præterito die solis suffocatio quæsi è medio sustulit*

Atque ita paulo antea sanctissimo Dominico epulo confirmatus, in Soliloquio gemi-
tibus & precibus eum Deo colluctator ardentissimus, verâ in Jesum fide plenissimus
d. 9. Oct. circa 7. vespertinam integrâ hætenus sibi constante ratione & sensibus,
placidiissimâ morte ad cœlestia est evocatus, quum quadraginta sex fere annos æta-
tis his in terris absolvisset. Ita sumus homines! Ita nec Dignitati nec virtuti parcat
pallida mors, æquo pulsans pede pauperum tabernas Regumque turres. Ceterum
virtus mortem non obruitur; sed ab ipso ducit opes animosque fato. Hæc inter nos
florere nunquam desinet & animâ quidem prout pietate non fucatâ divini que a-
moris flammâ, his in terris pulcherrimè erat purpurata, ita nunc in cœlis omnis
casus tempestatisque secura, absque marcere virefcit. Corpus vero dum spe futu-
ræ gloriose Resurrectionis hodie terræ magnæ matri redditur, universum ordinem
Academî cum, ut id ipsum hodie circa primam pomeridianam, conditorio suo
inferendum frequenti comitatu deducant, & sic exequias CONSULIS eundo, supre-
mum VIRI meritissimo honorem persolvant, eâ quæ fas est humanitate & au-
toritate invitamus P.P. Sub sigillo Rectoratus XIV. Octobr.

ANNO M DC LXXXI,





lā patriā studiorum fundamenta dignus repu
ad Academiam Gryphisvaldentem studior
tur. Quid inibi actum tunc NOSTRO, q
periore loco Professores sedulus audiverit,
um Patriæ redditus in hâc Academiâ solertes
mici juvenis provinciam obierit, id vero
sentis angustia non capit. Turbavit mo
mitas. Qui jam antea puer unâ nunc juve
orbatus, magnum inde sensit in continua
rum cursu obstaculum, quod tamen majori
toritate superiorum oblata tunc beatè nunc
Filiorum generosi & magnanimi Svecorum
Filii natu minimi CAROLI FRIDERICI, quar
biennium oblata qvoqve peregrinatione p
am, Ao. 57. & 58. sustinuit, usqve dum nata
disponente fato, suffragante cognatorum ut
fensu, Nobilissimæ & lectissimæ virgin
MARGARETHÆ, Amplissimi quondam huj
ris, BALTHASARIS GERDES Filix primog
monii dedit, quod & intercedente copulâ S
ctobr. Anno 1659. feliciter consummavit, q
rante non tantum Candida perpetuò sedit co
& ex illo triumfiliorum, PETRI, BALTHAS
MATTHÆI HENRICI, & duarum filiarum V
simarum CATHARINÆ MARGARETÆ, &
BETHÆ pater est factus, quibus unâ cum Nob
riti & parentis desideratissimi obitum acerb
DEAs & Pater omnis consolationis cœlesti
patris potentissimo patrocinio nunquam d
futurâ Republicâ Spectatissimi VIRI virtus vi
publica commoda peccaret, operam studium
STER noluit, cooptatus in collegium Cent
consilium militare deputatorum Anno 1661.



Ao. 1654
legare
de fir
bienni
Acade
tis præ
ni cala
arente
studio
it, Au
phoria
angelii
deper
Galli
tus, sic
is con
RINÆ
enato
matri
. II. O
os du
o; sed
NNIS,
nustif
LISA
re Ma
tibus,
niqve
a pro
ne in
e NO
& ad
anium
ad